



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 67. Scriptum Roma transmissum pro absolvendo Concilio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

chiepiscopus, Ayala Episcopus Segobiensis, & Lotharingius Cardinalis: perceptis igitur diversis hisce sententiis postea Patribus ad perficienda decreta selectis negotium dabatur, ut illas in eam formam redigere satagerent, quæ singulis placeret,

§. LXVII.

Scriptum pro absolvenda Synodo Romanam transmissum.

Pallav. c. 7.
num. 16.

Cum hæc interea gererentur, die nona Novembris Roma Tridentum nuntius venit, qui scriptum quoddam ad Legatos detulit, in quo rationes continebantur, ob quas Patres ad Synodum absolvendam permoveri deberent. Hoc scriptum a Morono erat compositum, cuius summa hæc erat: „cum „hinc necessitas suadeat celeriter „finem Synodo imponere: illinc vera „argumenta jam proposita nec statim „concoqui, nec decore prætermitti pos- „sint, hinc id, quod unice expedit, esse „videtur, ut cetera ad Pontificem re- „mittantur: cum autem id nec honeste, „nec utiliter a Legatis proponi possit, „ratio tam facillima, quam honestissi- „ma foret, si illius auctor fieret Cardi- „nalis Lotharingius, qui ipsus Romæ „hoc consilium probaverat, atque ad „illud exequendum pronus esse videba-

„tur; si vero cum eo Cæsariani socia-
 „rentur, facile Cardinalis suæ nationis
 „Episcopos, Cæsar is vero Ministri Ger-
 „maniæ Prælatos ad studia pertrahere
 „possent: porro id si fieret, sat verisimile
 „videtur, Italos quoque consensuros: si
 „tamen Hispani sese opposituri essent,
 „potius generose despicienda foret na-
 „tionis unius repugnantia, ut satisfie-
 „ret postulatis, votisque aliarum com-
 „plurium magis nobilium.” Hæc erat
 hujus scripti summa, ad cuius tamen
 finem significabat Pontifex Legatis suis,
 quod tam universe in argumentis ad-
 huc residuis, quam in uno, alteroye
 Decreto peculiari, curandum sit, qua-
 tenus cuncta decernerentur in Synodo
 via consueta, ut omnibus manifestum
 fiat, quod ceterarum rerum decisio
 Pontifici nonnisi ex mera necessitate
 relinquetur.

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

§. LXVIII.

*Hoc scriptum Patribus per Cardina-
 lem Lotharingium exhibitum.*

Legati acceptis hisce literis confessim
 negotium aperuerunt Lotharingio
 Cardinali, qui hoc scriptum perlegens,
 statim agnovit, quod ipsus hoc consi-
 lium Pontifici suggessisset: nihilomi-
 nus

Pallav. e. 7,
num. 17.